

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM

Credo in deum patrem omni-
potentem, creatorem
celi et terre

Deus nobis
tm̄ per fidē
videtur.

Iohan. 1. c.

1. Iohan. 4.

3. Reg. 8.

1. Corin. 13.

Duplex cre-

rendi ratio.

Aug. in psal-

mum. 77.

Crederē deū

Roma. 1.

Crederē in

deo vel in

deum.

Aug. in soli-

loq. lib. 1. cir-

ca finem.

Quā fidē in

nobis exigit

deus, & q̄ il-

lius vis sit.

Aug. in Io-

han. ca. 29.

Roma. 8.

Ephe. 6.

1. Petri. 5.



Deum, sicuti est, nemo vidit vnquā, vt ne seraphicæ quidem mentes diuinā naturam, sicuti est, comprehendant. Multo minus nos in hac vita mortali, quibus tantū per fidē deum videre licet, sed tanq̄ in speculo & ænigmate. Optimo ergo iure symboli prima vox est, credo, sed hoc initio commonendū est, duplicē esse credendi rationē. Prior, quā credimus deum esse, & vera esse quæ de deo dicuntur, quemadmodum & dæmones credunt & contremiscunt, (sciunt enim illum mentiri non posse) & pleriq; philosophi crediderunt, sed tamen euauerunt in cogitationibus suis. Altera ratio credendi est, in deo siue in deum credere, quemadmodum p̄i credunt, qui pro compertissimis habent omnia, quæ sacris biblijs ac catholicæ ecclesiæ diffinitione in spiritu sancto prodita sunt, & sine omni dubitatione sperant, quæ deus ibi promittit. Rursus timet quæ minatur, breuiter & constanter deo credunt, eiq; se totos committunt, quantum possunt. Qui sibi nihil quasi proprium & in sua potestate positum, vendicant, sese illius clementissimi domini seruos profitentur, suaq; omnia tradunt diuinæ voluntati, propria abnegantes in omnibus. Quod facimus quum credendo amamus, credendo diligimus, & credendo in eum imus. Hæc est fides quā in nobis exigit deus. Nec tamen inuenit quod exigit, nisi donauerit quod inueniat. Hæc nos deo copulat, hæc in huius vitæ tenebris præluet, ostendens quid vere fugiendum, quid expetendum, hæc nos armat, impavidus, inuisitose reddi, aduersus omnes mundi, satanæq; machinas, hæc est quæ consolatur nos in omnibus afflictionibus spe honorum cœlestium, semper habens in ore: Si deus pro nobis, quis contra nos? Et: Non sunt condignæ passiones huius seculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, de qua scriptum est: Induite vos armaturam dei, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguerē. Et iterum: Circuit vos tanquā leo rugiens, quærens quem deuo